# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 18

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 25.



## Cod. XVII.

Postilla Nicolai de Lyra in 4. Evangelia.

membran. Fol. Sec. 14. 1. 2.4.

Eadem manu, qua prior exaratus. Continet ejusdem Nicolai de Lyra Postillam in 4 Evangelia, ex editionibus satis notam. Videtur quidem hic codex mutilus, sed non est; nam quae in calce ejus desunt, in fronte praecedentis habentur. Caeterum nihil est quod addam; nisi quod in fine Postillae in Evangelium S. Joanis additus sit canon locorum parallelorum, cui /: quod miraberis :/ in fronte praemittitur: "Explicit canon tabularum super 4 Evangelia editarum a fratre Nicholao de Lira, per quas "faciliter videri potest quomodo concorditer vel singulariter aliquid dicunt."

## Cod. XVIII.

S. Th. Aquinatis Secunda secundae.

Chartac. Fol. Sec. 15. 1. 2.5.

Continet S. Thomae Aquin. Secundam Secundae. Incipit: "Post comunem considerationem de virtutibus et vitiis et aliis ad materiam moralem pertinentibus, necesse est, considerare singula in speciali." Ad calcem legitur: "Explicit "Liber S. Thome de Aquino in Secunda secunde. "finitus ano dni 1430." Post sequitur elenchus materiarum. Caetera ut in editionibus.

# Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 18

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1722

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)